



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quaestio 51. Quid sit de exemptis qui in iure sepulturæ impediuntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

QUESTIO L.

An Conservatores possint implorari ab ijs qui præscriptione exemptionem acquisiverunt.

SUMMARIUM.

- 1. Præscriptio alia est activa alia passiva.
- 2. Exemptio præscriptione acquisita potest per Conservatores defendi.
- 3. Exempti possunt se tueri privilegio Romana Ecclesia adversus quã præscriptio minor quam centenaria non currit.

Duplicem hic formo præscriptionem.
Activam & Passivam.

Activam præscriptionem intelligo per quam privilegium exemptionis acquiri potest de qua ego alio in loco lib. 1. quest. 8.

Passivam vero per quam adversus exemptos præscriptio induci potest de qua ego eodem libro quest. 35. & lib. 3. quest. 12.

Itaque si exempti præscriptionem suam exemptionem acquisiverunt si adversus eos præscriptio subjectionis necdum complete inducatur poterint ij ad conservatores quos habent recurrere & coram eis proponere exceptiones quas sagillatim locis iam dictis examinavi.

Nimirum sanctæ Sedi sese esse immediate subiectos adversus quam nulla currit præscriptio brevior quam centenaria. De quo etiam varias extare Bullas Pontificas in favorem quorundam ordinum exemptorum tam quo ad bona mobilia quam immobilia refert Ioannes Baptista Confettius de privilegij omnium ordinum part. 2. tit. 22. de præscriptione activa & passiva fol. 376.

QUESTIO LL.

Quid de exemptis qui in iure sepulturæ impediuntur.

SUMMARIUM.

- 1. Exempti impediti in iure funerandi recurrunt ad suos conservatores.
- 2. Benedictio extrema est à Parocho recipienda.

Quam-
Bb 2

1 Quamvis sepulturæ jus scripto jure competere soleat Ecclesiæ Parochiali, Cardinal. Sabarella Clem. dubium §. huiusmodi nu. 2. de sepulturis, tæpe tamen usu venit ut aliæ Ecclesiæ præsertim ordines exempti privilegium nacti sint funerandi.

2 Quæritur nunc an possint alienas Parochias solemniter funus ad suas Ecclesias ducendi gratia ingredi & si impediantur an possint ad asilum conservatoris recurrere Oldradus uno concilio, censuit non posse, conf. 8. alio vero censuit posse, conf. 204. ita tamen ne funus tollatur nisi vidente & autoritate Sacerdotis Parochialis ut ab eo accipiat præcationem extremam & requiem æternam & ita jure usque multis in locis invaluit teste Sabarella, in Clem. dudum §. huiusmodi num. 3. proinde si qui hoc in Privilegio inturbentur ambigi nequit quin conservator imploratus possit se se interponere, Ioannes Baptista Consettius de Privileg. om. ord. par. 2. tit. 19. cap. 1. fol. 440.

QVÆSTIO QVINQVAGESIMA SECVNDA.

Quid si exempti vocentur in jus coram ordinario pro quarta Parochiali an conservator poterit iuhibere.

SUMMARIUM.

- 1. Canonica Parochialis unde introducta.
- 2. In quibus consistat.
- 3. Deciso questionis.
- 4. Iuris executio spectat ad ordinarium.
- 5. Responsio ad antinomias.

1 **A**FFINIS est hæc quæstio præcedendi pro cuius illustratione præmittendum exemptos quibus privilegiario iure concessa est in suis Ecclesijs funeratio alienorum Parochianorum obligari Parochis ad Canonicam Parochialem quæ limitata est ad quartam funeralem introductam ut alio in loco scripti, lib. 4. de iurisdic. ordin. in Exemptos quæst. 6. à similitudine legitime patri aur patriono debita in bonis filij vel liberti similiter debitam Parochis in compensationem oneris spiritualis consistens in imitatione Sacramentorum, ut qui spiritualia merant, temporalia merant Petrus de Vbald. tract. de Canonis. a Episcop. par. 2. c. 6. n. 2. Innoc. c. in nostro c. certiscari de sepult. Consistit hæc quarta in legatis ac alijs inobventionibus quæ sunt alienæ Ecclesiæ ratione in ea sepulturæ. Idque nisi Ecclesia cui privilegium funerandi concessam est speciali etiam privilegio ab ejusmodi canonica Parochiali exempta sit, Vbald. d. par. 2. cap. 5. Ioannes Baptista Consettius de privileg.